

Feria

Feria quarta quatuor tempor.

paratas ad multiplicationem lactis de mammillis: ut oves impinguant lenticula mixta cum sale. et si oves per triduum abstineant a cibo: postea accipiunt multum impinguant. et in estate valet eis aqua septentrionalis frigida: et in hyeme meridionalis tepida. et inuat eas pasci in fine diei ad generandum. Sic moraliter electi ad instar ouium dicuntur pasci pane dei verborum: ut abundet in lacte doctrinarum: sicut pater de beato Paulo qui pascus est pane dei qui in tercio celo didicit verba sui euangelij. Sicut ipse testatur ad Gal. i. Motum vobis facio euangelium quod euangelizatum est a me. quia non sum hominem neque ab homine accepi neque didici: sed per reuelationes Iesu Christi. Ideo abundauit in lacte doctrine secundum illud. i. Cor. iij. Tanquam paruulis in Christo lac potum dedi vobis. **Quartum** quod facit oves abundare est motus. Per nimiam enim itinera per multosque labores fortes macrescunt. sic multum parturiunt quod oves pingues non faciunt. Et tunc pastores cognoscunt que hyemem pati possunt quando super quasdam inueniunt glacies et super quasdam non: et qui ex eis est debilis a se non excutit glaciem. Sic etiam ad presens quando oves Christi mouentur de vno opere bono in aliud et faciunt doctrinam beati Iero. ad Rusticum monachum de consue. di. v. c. Nunquam facito aliquid opus semper ut dyabolus inueniat te occupatum. Tunc utique in multis meritis secundantur: ideo dicit de electis dei: Ibi sunt virtute in virtute: donec videbit deus deorum in syon. Et iterum. Eunt ibant et flebant mittentes seminaria sua. Et sequitur. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Quarto electi assimulantur omnibus propter obedientiam. Audiunt enim oves vocem pastoris et sequuntur: sic electi dei audiunt et sequuntur doctrinam et vocem Christi. Iuxta illud Iob. x. Oves mee vocem meam audiunt. scilicet aure audiendo: cor de credendo et ope exercendo et adimplendo. Ideo de quo libet tali obediente dicit dominus in ps. xvij. In auditu auris obediunt mihi. Et qui electi sunt oves Christi: ideo ad instar boni pastoris ostendit eis octo signa amoris que tanguntur in presenti epistola. Primum est quod requiritur separatam. Sicut perierat David ps. lxxvij. Eram sicut ouis que perierat: require seruum tuum etc. Et hoc tangit propheta cum dicit in persona domini. Ego ipse requiro oves meas. Ieremias. n. per peccatum a deo separati. sed dominus nos querit: sicut pater in parabola Luce. xv. Quis ex vobis homo qui habet centum oves. et si perdiderit unam ex illis: nonne dimittit nonagintanovem in deserto et vadit ad illam que perierat donec inueniat. Secundum signum dilectionis est quod visitat egrotum. de quo dicit Aug. Magni medicus venit in mundum: quia ubique iacebat egrotus et hoc tangit cum dicit. Visitabo. glo. tanquam medicus infirmos sanando corporaliter et spiritualiter. sicut pastor visitat gregem suum. scilicet infirmum in die quando fuerit in medio ouium suorum dissipatarum. i. moribundorum a salute longinquorum. Tercium signum est quod liberat oppressam quod tangit ibi. et liberabo eas de cunctis locis in quibus disperse erant in die nubis et caliginis. Quartum signum quod educit oppressam: quod tangit ibi. et reducam eas de populis. Ideo potest quilibet nostrum dicere cum ps. xxxix. Eduxit me de lacu miserie et de luto fecis. Quinto quod congregat errabundam. propter quod dicit. Congregabo de terris. scilicet errabundis. Sextum quod inducit expulsam: quod innuit ibi. Et inducam eos in terram suam. scilicet in triumphantem ecclesiam. Ideo de Christo dicitur Exod. xv. Introduces eos in montem hereditatis tue. scilicet celestem patriam. Septimum et octauum quod pavit famelicam: et quietere facit lassatam. que tangunt ibi. Pascas eos in montibus israel. Et dicit glo. quia pascua electorum in presenti vita sunt documenta scripturarum: sacramenta eucharistie: inspirationes diuine et consolationes eterne. Sed in futura vita pascet eos clara sua visione: de quibus subdit. In pascuis vberibus pascam eos in montibus excelis.

Dixit dominus ad Moysen. Ascende ad me in montem esto ibi donec dicam tibi. daboque tibi duas tabulas lapideas scriptas manu dei Exod. xxxij. Consuetudo est regum et dominorum terrenorum quod leges et precepta per se condunt: propter quod dicuntur legum conditores. xxv. q. i. c. Confidimus per gelasium. et. l. de leg. l. digna vox. Et hoc faciunt instictu dei. iuxta illud. puer. vij. Per me legum conditores iusta decernunt: et licet per se condant. tamen non per se sed median tribus alijs promulgant. easque nota faciunt et promittunt per magis dignos vel per milites. Deinde per precones ad populum publice hec promulgant. Sic spiritualiter deus qui est rex regum et dominus dominantium. imperatorum celorum precepta et leges principaliter condidit. Iuxta illud ps. cxlvij. Preceptum posuit et non preteribit. Sed tamen illa precepta non per se sed per primum per milites. i. per angelos ea promulgauit. iuxta illud apostoli ad Gal. iij. Lex ordinata fuit per angelos. et in manu mediatoris. qui super Exod. xxxij. dicit glo. Et quidam apparet in forma corporali et loquens in persona dei dicit precepta Moysi. Ideo dicit Augustinus li. v. de trinitate. quod omnes apparitiones et locutiones veteris testamenti fuerunt facte per angelos qui apparebant in subiecto creaturis: in quo voces corporales formabant. Idem dicit magister li. ij. di. vij. c. v. Illa omnia que patribus visa sunt cum deus illis presentaretur per creaturam. Glo. sicut per ministros factum esse manifestum est. Et si nos latet quod ea ministris angelis fecerit deus. per angelos tamen facta esse credimus. Et sic patet quod per angelos principaliter dedit precepta. et deinde per Moysen tanquam per preconem populo promulgauit. Ideo hic angelus que scriptor vocat hic dominum dixit ad Moysen. Ascende ad me in montem. que sunt verba hodiernae lectionis: in quo tria describuntur. scilicet angelus imperauit. ibi. Ascende ad me. Moyses populum ordinauit. ibi. Expectate hic donec etc. Idem ascensum presummat. ibi. Cumque ascendisset Moyses. Circa quod notandum. Domini terreni dant precepta subditis suis ne oblivioni tradantur scribunt ea per se vel suos cancellarios. ut sic memoriam tenent. Quia dicit poeta. Lectio lecta perit litera scripta manet. Sic ad presens dominus deus qui precepta sua populo suo dedit ut ea scriberent voluit. propter quatuor causas sanctus Thome. ponit. xxxvij. dist. li. iij. sniaz. Prima causa quod per prariam consuetudinem rationis naturalis in qua scripta erant hec precepta erat obtenebrata. Secunda causa quod si in aliquibus vigeat lex nature. tamen amor boni in eis deficiebat. et ideo per quandam coactionem legis ad bonum inducerentur. Tercia causa ut non solum natura inclinaret ad bonum. sed etiam reuerentia imperij diuini. Quarta causa ut precepta magis memorie commendarentur. Ideo dixit hic angelus ad Moysen. Dabo tibi duas tabulas lapideas scriptas manu dei. Sic habent aliqui libri. ubi videtur quod dominus per se scripsit precepta. Sed tamen contra libri habent quod angelus dixit. que scripsi. Nam et sic habet textus biblie. Et sic videtur verius quod scripsit precepta dominus per angelum tanquam per cancellarium. Sed ostendit hic vna questio. quomodo ista decem precepta fuerunt in duabus tabulis scripta. De hoc sunt varie opinioniones. Dicit enim Iosephus in li. antiquitatum. qui erat fidelissimus hystorographus quod in vna tabula erant quinque et in alia tabula similiter quinque. Sed Augustinus cum quo concordat magister li. iij. di. xxxvij. c. j. quod in prima tabula fuerunt tria precepta prima que pertinent ad deum. scilicet ad cognitionem et ad dilectionem trinitatis. Sed in secunda tabula fuerunt reliqua septem que pertinent ad proximum. Origenes et ceteri dicunt sex fuisse in vna et quatuor in alia. Sed per concordiam istam potest dici quod ad literam fuerunt quinque precepta in vna tabula et quinque in alia. ut dicit Iosephus qui attendit ordinem rei geste. sed Augustinus magister et Iosephus

genes loquuntur fm ordinem rei gerende. quia principa
lia teneantur ad precepta que immediate dominū respi
ciunt. vt sunt duo prima. de quibz Origenes facit qua
tuor. ideo Aug. & Origenes: tria prima pcepta imme
diate ad dñm pertinentia vocant precepta prime tabule.
Et iste est eodē modus loquēdi doctorū: qui in hoc mo
do loquendi sequuntur beatus Aug. Idcirco est sciendū
Preceptum prime tabule. Non habebis deos alienos.
Nō facias tibi sculpsile: neq; oēm similitudinē. **Idcirco**
Origenes dicit duo esse mandata. Ita qd illud sit p̄mū
Nō habebis deos alienos. p quod fm eum phibetur
ydolatria que sit sub omni corporali imagine vel figura
corporali vel ydolo. Secundū preceptum vt ipse vult. nō
facias tibi sculpsile. p qd phibet ydolatria que fieri con
suevit cū imaginibz & ydolis. Sed econtra de duobz vl
timis que sunt de concupiscentia transsecit vnum pce
ptum. & sic adhuc fm ipm sunt tria decē. Sed beatus Au
gust. facit tria vnu. et ita communiter tenent doctores.
Est ratio cōgruentie ad hoc qd omnis ydolatria pue
nit in vna ratione. scilicet adorare p deo quod nō est deus. &
valet tātū in affectu. Non habebis deos alienos. solum
verum deū adorabis. Contra hoc pceptum primo pec
cant gentiles q ydola adorant. et hec adoratio ydolorū
instinctu dyaboli p̄cessit. qd dicit. xxvj. q. iij. c. Sciendū
ydolorū culturā subtilitas adinuenit demonū. Est tamē
notandū qd certe sunt cause quibz ydolatria fuit indu
cta. Prima fuit nimis dolo: de amici amissione. Pater
enī amisso filio nimis dolens imagines filij sibi fecit vt
esset sibi solacium qualecūq;. De hoc habet Sap. xiiij.
Acerbo luctu dolens p̄ cito sibi rapti filij facit imaginē.
ac illū q tūc qd mortuus erat. nūc tanq; deū colere cepit
et cōstituit inter seruos suos sacra & sacrificia. Deinde in
terueniente tpe conualescente iniqua cōsuetudine: hic
error tanq; lex constitutus est. Sed sicut patres fecerūt
imagines filiorū: sic et filij patrum mortuorū. Nam m̄g
hysto. super. xi. c. Beñ. dicit. et similiter Grego. sup Lu
cc. xi. q. mortuo in bello rege grece Minus filius ei⁹ in
solaciu doloris p morte patris imaginem belli fecit. cū
tantam exhibuit reuerentiā vt quibus reis qui ad eam
confluxerant parceret. proinde omnes regni eius diui
nos honores ceperunt imagini impendere. **Quod** exē
plo plurimi charis suis mortuis imagines dedicauerūt.
Sed incidit hic vna dubitatio. Vtrū imagines san
ctoꝝ in ecclesijs sunt adorande? Ad hoc dicit Greg. in
registro li. x. Si quis imagines facere voluerit minime
phibet. adorare vō imagines modis omnibz oīno ve
tat. Sed hoc sollicite fraternitas tua admoneat vt ex vi
sione rei geste ardore cōpunctiois pcipiant: & in adora
tione solius trinitatis p̄sternent. Sed instaret aliq; di
cēs. Iobes damascenus li. iij. senten. c. viij. qui intitula
tur de sanctis imaginibz allegat dñm blasum dicentē
qd honor imaginis a photypuz. i. ad exemplar p̄tinet.
vbi videt docere q sanctorū imagines debeant adorari
Ad hoc r̄spondet holkot sup li. Sap. dicens. qd hoc sic ha
beat intelligi qd ppter imaginis reputatiōē: licet bñ co
ram imagine sanctū cuius est imago: adorare. nō tamē
adoratione latrice: qd solus deus sic adorat: s̄ adoratione
dulce. Secūda causa quare ydolatrie fiant. Inducta fu
it vesana supbia principum q nō attendentes infirmi
tate suā voluerūt se vt deos adorari. vt patz de Aba
cho. Iudith. iij. Principes supbi imagines suas adorari
faciebāt ab his qui erāt remoti ab eis. Tercia causa fuit
adulatio seu desideriu qd habebant minores ad acqui
rendā gratiā maiorū: de qua Sap. xiiij. Affectu gregibz
deservientes hoies incōdicabile uomen lapidibz & lignis
imposuerūt. Nec quidē ydolatria magnū est peccatū
qd deo suū honorē auferat: & creature cuius nō est cōfert.
de quo ad Ro. i. Mutauit gloriā incorruptibilis dei
in similitudinē imaginis corruptibilis hominis. q. d. Cul
tū soli deo debitū. latrice exhibuerūt. **Boni** & **Merculi**:

qui fuerunt homines. Secūdo p̄tra hoc pceptū pec
cant auari relinquentes cultum veri dei ydolatriā com
mittunt. Juxta illud apli Eph. v. Auaricia est ydolorū
seruitus. vbi dicit glo. Auari deus est numus. auarus
enim colit pecuniā. qd dicit Aug. sup eplam ad Philip.
ij. Hoc ab hoie colit quod p ceteris diligit. Cum enim
auarus transit ante vineā pulcrā vel domū vel cistam:
in qua est pecunia caput ei inclināt. Inclinatiō enī capi
tis vt dicit dyonisius est amor animi. & sic colit p crea
tore creaturā. Tercio peccāt contra hoc pceptū gulo
si. qd vilissimā creaturā. scilicet ventrē q est saccus stercoꝝ dei
fiant: Ad philip. iij. Quorū dens venter est. Et his iā
elicio qd ydolatria est triplex. Prima paganorū que est
mala: qd colunt aurum et argentum. Juxta illud Ps.
cxij. Simulachra gentiū argentum & aurū. Secūda
est auarorū que est peior. qd adorāt numū: interius. n. ra
lem reuerentiā exhibet auarus numo aut vince quā ve
rus fidelis deo in crucifixi imagine. Tercia est gulosoꝝ
et hec est pessima. qd vilissimum colunt deum: vt supra.
Secundū pceptum prime tabule est. Non assumes
nomen dei tui in vanū. qd est dicere fm literam. vt dicit
magister li. iij. dist. xxxvij. Nō iurabis p nullo inuanū
supflue. i. false nomen dei. Allegorice tñ precipit ita vt
nō pures creaturā eē chastiū dei filij. qd oīs creaturā va
nitati subiecta est sed equalem patri. Circa qd sciendū
qd nomen dei tripliciter sumitur inuanū. Primo corde
sicut mali xpiani. et illi vt dicit Aug. li. de doct. xpiana.
sunt dei subannatores. ex sacramento. n. vnctionis chri
stianorū. i. in chasto credentiū vocabulū descendit. Et
ideo ille nomen illud frustra sortit qui xpm minime imi
tat. Et subdit. Quid. n. tibi prodest vocari qd nō es: et
nomen vsurpare alienū. q. d. nihil. Si xpianū te esse
delectat: que xpi sunt quere: & merito tibi chastianū no
men assumes: aut forte non es s̄ vocari desideras: hoc
satis feridū est & miserū te velle vocari qd nō sis. nemo
enī ita transit ad xpm: vt xpianus appellet & nō sit. qui
xpianus dicit esse chastiū se habere dñm p̄secutur & ve
rum eum habet. Si ei in omibz seruiat & obsequat. hec
August. **Secūdo** assumit nomen dei inuanū ore: & sic
multi faciunt p̄tra hoc pceptū. Primo blasphemū i de
um: et hi grauitur sunt puniendi. vt et de maleficis. c.
statuimus. vt vicz. vij. diebus dñcis p̄e foribz ecclesie
in publico dum agunt missarū solennia blasphemū exi
stat. ultimo illorū diez dñico palliū calciamenta nō ha
beat. ligatus corrigia circa collū. septemq; p̄cedentibz se
xtis ferijs in pane ieiunet et aqua ecclesiarū ingressurus:
et quolibet p̄dictorū dierū tres si poterit reficiat paupe
res. et si nō pōt in aliā penā cōmutet. **Et** hec blasphemū
interdum venit ex hominis impatientia vel ex p̄pria
malicia aut immisiōe dyabolica. Ideo legit in vitaspas
trum li. iij. c. liij. Quidam frater impugnabat a spū blas
phemie & erubescerebat dicere. Cūq; frequenter ad abba
tem Domenum venisset: vidit eū senex habentē cogita
tiones dicit ei. frater venis ad me hñs cogitationes: et
sic iterū remeas tristis tecuz illas portas. Dic g mibi fili
quid habes. ait illi. In blasphemūa impugnāt me dya
bolus & erubescere dicere. Et mox vt aperuit eam lenior
impugnatio ei⁹ appuit. Et dixit ei senex. Me tristeris fi
li. qñ. n. hec cogitatio veniet ad te die. Ego eam nō ha
beo blasphemūa tua sit sup te o sathana. Hanc enī eam
aia nō vult. **Secūdo** faciūt p̄ hoc pceptum p̄dicatores
falsa intentione p̄dicantes. s. ppter pecuniā aut hoim
fauorē. et illa mala intentio facit opus bonum non va
lere. vt. xxij. q. v. c. cū minister. **Tercio** peccāt p̄ hoc
pceptū in deuote orātes. de qbz Esa. iij. Dic ppl's labi
is me honorat. cor aut illorū longe est a me. Vel etiā illi
qui in orationibz vocāt deū patrem et tamen p pecca
ta faciūt se filios demonū. de qbz dicit dñs Jo. viij. vos
ex p̄re dya. estis. Illis phibet dñs dicens. Non assu
mas nomē dei tui inuanū. i. non dices pater noster nūq;

filius dei. **Quarto** peccant contra hoc preceptum male iurantes. quod fit vno modo dum quis sine causa diuinam nominat veritatem. Aliqui dolose iurat rem esse meliorem quam est: ut faciunt mercatores. Et dicit **Exo. xxij. q. v. c.** Juramenti huius causa est. quod omnes qui iurat ad hoc iurent. i. iurare debet ut quod verum est loquatur. **Tercio** assumit nomen dei in vanum opere: et sic primo faciunt contra hoc preceptum voti transgressores. Quia dicit **Hugo** in li. de sacra. pte. xij. c. viij. Votum est testificatio quedam promissionis spontanee eorum que ad solum deum vel ad ea que dei sunt referunt. Et quo patet quod qui votum frangit mandatum hoc transgreditur. Secundo faciunt ope contra hoc preceptum hypocrite qui nomen dei assumunt in simulatione operis exterioris et non in cordis puritate. **Tercium** preceptum prime tabule est. Memento ut dies sabbati sanctifices. vbi finem literam precipit sabbati obseruancia Allegorice vero non requiem hic in vicis et in futuro dei preplatione expectes. Et dicit magister lib. hystor. huius sabbato succedit dies dominica in noua lege non ex vi precepti sed ex institutione ecclesie et consuetudine populi christiani. propter duo. Primo propter beneficium creationis. quod hoc die mundus sumpsit exordium. Secundo propter gaudium dominice resurrectionis. propter dicit **Inno. papa** de pse. di. iij. c. sabbato. Ideo leo papa di. lxxv. c. quod die dominica. In hac die mundus sumpsit exordium. in hac per resurrectionem et mors interitum et vita accepit principium. Et dicit notanter in hoc precepto: Memento: quia istud preceptum non erat simpliciter inductum rationi sicut alia precepta. quia determinatio istius diei qua celebrandum esset et diuinis officiis seu obsequiis insistentium vocanda est ceremonialis et non moralis. licet istud preceptum quo ad eius substantiam sit morale. Ideo dicit memento ut diem sabbati sanctifices. de hoc dixi supra. in fra oct. nati. xpi. iij. principali. k. **T. Et in eo. ser. A. A.**
Contra hoc preceptum peccant primo mortaliter peccantes. quorum sunt aliqui adulteri qui violant hoc preceptum. Dicit enim **Grego.** in dyalogo quod quedam legitima a viro suo cognita cum se in die dominica possessioni ingereret a dyabolo reprobata. Et si hoc fuit in legitima quantomagis in adulteris. Alii autem sunt chorizontes. Ideo dicit **Aug.** Melius est diebus dominicis arare vel fodere quam choreas ducere. Ratio. quod in primis necessitas in secundo vero vanitas. Idem dicit. Melius esset ut diebus festiuis mulieres laenam trahant: quam quod in vanis publice choreis saltent. Tercij sunt qui se in ebrietatibus exercent. et hi multa mala committunt. ut habes s. dominica in. xl. ser. ij. **T. R.**
Secundo faciunt contra preceptum manualiter laborantes. de quo supra. **A. A.** **Quartum** preceptum secunde tabule primens cum sequentibus ad dilectionem proximi. Honora patrem tuum et matrem tuam ut sis longeuus super terram. Et hoc refertur in magni li. iij. di. xxxvij. c. ad patrem carnalem sicut primum prime tabule ad patrem celestem. Et exponit hoc magister de terra vinearum. et addit. Parentes sic sunt honorandi ut seis debita reuerentia exhibeat et necessaria ministrent. Contra hoc preceptum faciunt pueri primo qui parentibus manum violentas iniungunt. propter quod hereditate priuari possunt. propter etiam de iure in. c. quantalibet in glo. Et idem dicit **Exo. xxj. Qui** percussit patrem vel matrem morte moriatur. Sed hoc non intelligitur leui percussione ut dicit doct. nostri et etiam hebrei. quia propter ipsam filius non debet mori sed aliquantulum penitere. Ideo dicit **Rabbi salomon.** Nisi ex percussione fiat effusio sanguinis aut luvio: non interit pena mortis. Intelligitur etiam de percussione a proposito non a casu nec etiam ex ideo. **Secundo** faciunt contra hoc preceptum qui parentibus mortem optant ut ipsorum hereditatem percipiant. **Tercio** qui parentibus maledicunt **Exo. xxj. et Leuit. xx.** Qui maledixerit patri vel matri morte moriatur. Et dicit glo. Ista pena non incurritur per vno solo maledictio. sed assuetudo ad maledicendum. **Quarto** qui eis non obediunt: dicit. n. sanctus. **Tho. in qda** libello. filij tenent obedire parentibus in domestica puer-

satione et in his que tangunt disciplinam morum. **Quinto** qui parentibus pauperibus non subueniunt. de quo i. aut. c. licet matri et auie. s. illud qz. colla. viij. filij locupletes tenent alere parentes egenos sicut parentes locupletes filios. Cessat tamen hec obligatio. ut dicit **Hostie.** si illi possint de bonis propriis vel de suo artificio sustentari. **Sextum** preceptum secunde tabule. Non occides: vbi finem literam actus homicidij prohibet. Secundo vero spiritalem intelligitur animam etiam voluntas occidendi prohibet. Contra hoc preceptum primo faciunt qui proximum odium ut s. dominica. ij. post ephie. **M. J.** Secundo qui pauperibus necessaria subtrahunt. Dicit enim **Ambr.** li. de offi. et habet. xxxvj. di. c. Pasce fame morientem si non pauperis occidisti. Tercio qui homines detrahunt. quia spiritualiter eos occidunt. ut s. **M. S.** Sextum preceptum secunde tabule est. Non mechaberis. i. ne cuiuslibet mulieris excepto federe matrimoniali. sic exponit magister li. iij. dist. xxxvij. Et est dictum **Ysid.** sup. **Exo.** Et ponit. xxxij. q. v. Non mechaberis. Et hanc finem aug. sup. **Exo.** Non mechie omnes illicitus coitus intelligatur. propter tamen mechari id est est quod adulterari. Unde mechus grece adulterius dicitur latine. ut dicit **Grego.** xxxij. q. v. c. Qui vident. Contra hoc mandatum faciunt fornicatores: stupratores: virginitatem raptatores: continentie fractores: adulteratores etc. de quibus dicit infra dominica letare sermone. j. **Septimum** preceptum secunde tabule est. Non furtum facies vbi sacrilegium et omnis rapina prohibet ut dicit magister li. iij. dist. xxxvij. Non enim rapinam permittit qui furtum prohibuit. sed furti nomine bene intelligi voluit omnem illicitam usurpationem rei aliene sicut sibi usurpant usurarij. Et dicit magister vbi supra. Sacrilegium tribus modis committitur. Quando sacrum de non sacro. vel non sacrum de sacro vel sacrum de sacro. Sacrum dicitur quicquid mancipatum est diuino cultui: ut ecclesia vel res ecclesie. Et dicit magister. hic etiam usura prohibet que sub rapina continetur. Est autem usura finem aug. sup. illud **Ps.** liij. Non deficiet de plateis eorum usura. Usura est cum quis plus exigit per iniuriam in qualibet re quam accepit. Et dicit notanter in qualibet re. non enim tamen in pecunia sed in omni re usura permittitur. quod etiam testatur beatus **Iero.** sup. illud **Ezech.** xviij. Usuraz et superabundantiam non accepit. Putant inquit aliqui usuraz tamen esse in pecunia. Sed intelligatur usura vocari superabundantiam. i. quicquid est si ab eo quod desiderat plus est: ut si in hyeme damus. x. modios et in messe. xv. recipimus. Contra hoc preceptum faciunt etiam ad huc multa genera hominum. **Primi** qui plebanos suos in decimis decipiunt et in oblationibus. Nam ut dicit **August.** xvj. q. j. c. Decime sunt tributa egentium animarum. quod si decimas dederis non solum abundantiam fructuum accipies sed etiam salutatem consequeris. vbi tangit **Aug.** duas utilitates. Prima abundantia fructuum. Secunda sanitas corporis. De prima refert **Celsarius** in dyalogo. Miles quidam vineam habuit de qua circa decem carratas: vulgariter fuder colligere solebat. de qua et decimam dare oportebat. Anno quodam sola carrata colligens in ea ait. Domine deus quod meum fuit tulisti. quod tuum est offeram tibi. deditque eandem carratam loco decime. Eodem tempore germanus eius existens sacerdos adueniens: vineam repletam vidit botris. Et cum fratrem quasi de negligentia vindemie argueret mirantem et minus credentem introduxit. et ecce benedictione domini ita est innuentum. Tercia utilitas est indulgentia peccatorum. Quarta celestis regnum. De illis iterum dicit **Augustinus** vbi supra. Qui premium compare aut indulgentiam peccatorum desiderat. promereri reddat decimam. et de nouem partibus elemosinam studeat dare pauperibus. Qui vero non dat decimas suam econtra puniatur. Ideo dicit dominus **Malach.** j. et. iij. Quia non reddidistis mihi decimas et primitias. ideo in fame et penuria maledicti estis. et beatus **August.** xvj. q. j. c. Decime. Cum decimas dando et terrena et celestia possis promereri pro auaritia

Duplicem benedictionem fraudas. i. subtrahis tibi. hec est. n. dñi iustissima cōsuetudo. vt si tu illi decimā nō de-
 deris tu ad decimas reuocaris. i. amittis nouē partes.
 Dabis impio militi qd nō vis dare sacerdoti. Cōtingit
 em multotiens qd laici qd defraudant plebanos suos in
 decimis exactione a suis dñis. de obligationibz qz te-
 nent laici sacerdotibz dicit de ple. di. j. c. ois chastian? p
 curet ad missaz solennia aliquid deo offerre z reducere
 ad memoriam qd dicit p moysen dñs Ero. xxxij. Mō
 apparebis in cōspectu meo vacuus. Et dicit doctores
 qd i quatuor festiuitatibz pasche penthecostes: natiuita-
 ti domini: et assumptionis beate virginis: debent offer-
 ri singuli integrum denariū vel numū sicut est consue-
 tū. vt dicit glo. sup illud ps. cxvij. Constituite diem so-
 lennem. Et si plebsani talia offerroia nō dant suis ple-
 banis: peccant p hoc preceptum. Secundi sunt qui cen-
 sum furtiue domini suis subtrahunt. Dicit. n. docto-
 res qd census qui ab initio fuit imposit? sine dolo z frau-
 de integraliter debet solui: et si quis de hoc subtraxerit
 peccat mortaliter. Et dicit leges censitus. Qui nō dat
 censum tpe recto et statuto die. et omnibus diebz dum
 modo habet esse suū sub domino dupliciter psoluet. et
 hoc nō est vsura. qd statutum est nomine pene. ideo po-
 test esse deficiū. vt. xij. q. ij. in legibz. Et. l. de vsuris et
 fructibz legatorz seu fidei commissoz. et in auten. de ali-
 enan. emphiteo. §. hec est. colla. ix. Tercij sunt qd feu-
 dum alienauerint a dño. et in alterius dominiū transfe-
 runt. Et tales feudū amittūt: et illud liberū ad dñm su-
 um reuertit: vt pbat Hostien. in sua summa. c. de feu-
 dis. Quartij sunt serui z ancille qui res dñoz consu-
 munt furtiue. vel ipsis inuitis elemosynas inde faciunt
 Dicit. em Tho. in. iij. di. xv. Serui et ancille qñs sint
 libere conditionis: non tamen pñt elemosynas dare de
 rebz dñoz suoz: sine eoz consensu nisi panes et hmoi q
 nō inferunt sensibile nocumētū. Quintij sunt qd pec-
 cant p hoc preceptū viros que res furtiue subtrahūt
 maritis. z de eis ptra voluntatē ipsoz elemosynas faci-
 unt. Contra quod dicit in quodā canone. Nihil d tua
 veste vel auro vel argento vel quacūqz pecunia vel eri-
 am rebz tuis inuito marito facere debuisti. Sed fallit
 hoc pñs si viro fuerit lucratua. Sed si habet res ppi-
 as vt parafernalia. de illis inuito marito facere pōt ele-
 mosynam. vt. l. de ppactis conuētis hac lege. Tercio
 si habet res aliquas sue dispōsitioni cōmissas. vt est pa-
 nis z vini: et sic de alijs. pōt de his facere elemosynas
 moderatas fm viri facultates. Et debet semp sibi for-
 mare pscientiam qd viro nō displiceat corde: licet inter-
 dū phibeat oie: vt dicit Ray. Sextij sunt qd aliena ra-
 piunt qui ois restituere tenent. vt habes s. dñica ifra
 octa. ephie. fmone. iij. M. A. Septimij sunt qui res
 inueniunt alienas z nō restitunt. de quibz dicit Jero.
 xiiij. q. v. c. Adulti sine peccato putant esse si alienuz qd
 inuenerint z tenet. z dicunt. De mibi dedit cui habeo
 reddere. discant g hoc pñm simile esse rapine: si quis in-
 uenta nō reddit. Et dicit Ray. qd reddere debet illi qui
 amiserit si inueniri poterit. et faciat hoc publice dici per
 pconem in ecclesijs vel in loco vbi rem inuenit. Si vo-
 cum nō inuenit cū pñsio z aucte sui pñsionis retineat si
 paup est. et oiet p illo cuius fuit. Si aut nō est pauper:
 tunc eroget paupibz. De hoc legit in vitaspa. li. ij. c. cxxx
 viij. Abbas Johannes a qdā fratre mutuauit solidū
 vnum vt linum cōparet et oparet. qd cum emisset ve-
 nit ille repetens solidū. Cui Johannes. Ego vado z af-
 feram tibi. Et iuit ad abbatem Jacob vt peteret euz vt
 redderet illi a q mutuauit. Et dum iret p viam solidū
 iacētē tercio inuentū sustulit. et facta oratione tulit illuz.
 ad abbatem et dixit. Abba veniens ad te inueni hunc
 solidum in via. fac g charitatem z pñca hic in ciuitate
 si quis pdiderit illum. et si inuentus fuerit domin? ei?
 reddes illi. Profectus est ergo senex z p tres dies predi-

cavit: z nemo inuentus est q pdidisset. et tunc reddidit
 fratri cui debuit ex mutuo. Octauij qd p hoc pceptū
 faciunt sunt q indebitas exactiones a subditis extorqunt
 z siue p se siue p alios. directe vel indirecte tenent resti-
 tuere. di. xvij. de eulogijs. et. j. q. ij. placuit. z. c. ppio. et
 dicitur cogere indirecte quando negat subditis iusticiā
 vel non defendit eos vt sic aliquid extorqueat vel insi-
 nuari faciat q vult aliqd habere. Sed tres cas habes
 s. feria sexta post esto mibi. sermōe. j. d. p. in quibz po-
 test dñs moderatam exactionē cape. Noni sunt qui
 ppter debita dñoz ipsos ciues z subditos indebite im-
 pignorant dimissis rebz principalium debitorz. Deci-
 mi sunt qui mercedē seruitoz indebite detinent. quod ē
 illud Leuit. xix. Non morabit opus mercennarij tui
 apud te vsqz mane. Et Deut. xxij. Mō negabis mer-
 cedem indigentis z paupis fratris tui. h eadez die red-
 das ei precium laboris sui ante solis occasum qd pauper
 est vt ex eo sustentet aiām suam ne clamet ptra te ad do-
 minū z reputet tibi in peccatū. Similiter Thobias do-
 cuit filiū suū. Tho. iij. Quicūqz tibi aliquid opatus fu-
 erit statim ei mercedē restitue. et merces mercennarij tui
 omnino apud te nō maneat. His pcorat Tull? mor-
 tal. Si tibi seruerit aliquis sua pñia tecū Mō retinere
 velis si diligis equum. i. iusticiam. Undecimij sunt q
 in ludo primū decipiūt. de qbz habes s. dñica. iij. post
 ephie. §. j. d. f. Octauū pceptū scde tabule. Ne loq-
 ris p primū tuū falsum testimoniū. de hoc vide s. dñi-
 ca. iij. r. c. d. k. In hoc pcepto crimē piurij et mendacij
 phibet. et principalit illud mendaciū qd obest ei cui dē
 z nō pdest. Vbi nota. Aug. li. de mendacio ponit. viij.
 genera mēdaciū q ponit allegatoie p Gratianū in de-
 creto. xxi. q. ij. c. pmū. Et p mgnū li. iij. dist. xxxvij. c. j.
 vbi dicit. Pmū capitale. i. principale ē mēdaciū longe
 q fugiendū qd fit in doctrina religiōis. glo. p articulos
 fidei ad quod nulla cā qsqz dē adduci. Scdm est tale qd
 nullū pñt sed obsit alicui. Et ponit glo. exemplū de mē-
 dacio detractoris. vt falsi testes in cā criminali. et de illo
 dicit. Mō est ferendū q vult obesse z non pdesse. ff. de
 rei ven. l. in fundo. Tercij est qd ita pdest alicui et alte-
 ri obsit. Glo. ponit exēplū de mēdacio testis iniq in cā
 pecuniaria. Quartū qd sola mētiendi fallendi qbz libidie
 fit qd mirū est mendaciū. q. d. mirū q aliqz ita vult mē-
 tiri vbi nulla veritē vtilitas. Quintū qd fit placēdi cu-
 piditate de suau cloquio. qd fm glo. faciūt adulatores
 vt placeāt: vt dī di. xlvj. c. sunt nōnulli. Et subdit Au-
 gust. His oibz ciuitatis. qd fm glo. sunt mortalia. Seq-
 tur sextū gen? qd nullū pdest et obest alicui. vt si qz pec-
 cunia alicui inuiste esse tollebat scis: vbi scit nescire se
 mentiat. Septimū qd nullū obest z alicui pdest vt si vo-
 lens hoīem ad mortē pdere qñtū mentiat. Octauū qd
 nullū obest z adhuc pdest. vt ab inuidicia corpali ali-
 qd teneat. vt si virgo timēs corruptionē fingeret se ma-
 ritatam. In istis tribz tantomin? peccat qsqz cū mentie
 quantomagis a pñio. i. mēdacio recedit. Itē in hoc pce-
 pto. phibet etiā piurij. qd fm mgnū li. iij. dist. xxxix. est
 mendaciū pñmatū in iuramēto. et dicit mgn. Ille cre-
 dit piurare q falsum volūate fallendi iurat. Et qui fal-
 sum putans qd verum est iurat. z q verū putās qd fal-
 sum est iurat. Et sumpsit hoc ex dicto beati Aug? sup
 verbis apli qui dixit se venturū ad Corinthis et p-
 peditus nō venit. Itē p hoc pceptū peccāt derisores:
 q timere deberent illud puer. xix. Derisōibz pata sunt
 supplicia. Nam pueri. xlvj. q deriserūt helizē p ipsum
 sunt maledicti. z p duos viros lacerati. iij. Reg. ij. Itē
 peccāt p hoc pceptū q pñcijs primos cōturbant. z hi
 vulnerāt cor illius cui pñciū dicit. de q dī Eccl. xxvij.
 flagelli plaga linorem facit. plaga aut lingue cōminuet
 ossa. iō dicit Jero. Sic hō cauere ne aliqñ pcutiat bacū
 lo. sic dē cauere ne aliqñ pcutiat pñcio. Nonū pceptū
 nō desiderabis vxorē pñm tui. Decimū nō pcupisces

Feria

domū primi tui: non seruū. non ancillā. Glo. dicit. An
cillā stringit p̄cipiti duplici. Uno mō ad cōcubitū: et
sic p̄tinet ad nonū p̄ceptū. Alio mō ad dñum et sic p̄
net ad decimū. In his enim vltimis p̄ceptis mala intē
tio p̄hibet. Posset enī aliquis dicere: q̄ ista duo p̄cepta
essent sup̄flua. q̄ nonū p̄cordat cū illo nō mechaberis.
et decimū cū illo nō furtū facies. Ideo dicit q̄ in sexto et
in septimo opa sunt p̄hibita. In istis autē intentio ma
la. ita q̄ illa duo p̄cepta manū p̄hibent. ista vō vltima
animū. Ecce audistis dilecti mei decē cordas psalterij.
videlicet decē p̄cepta vtriq̄ serui imposita. Que q̄dez
corde tangende sunt vt bestie viz vicioz occidant. vt
dicit s. dñica. iij. in aduentu sermōe. ij. W. E. Sz timeo
q̄ iam pauci nostrū tangunt has cordas. x. p̄ceptorūz
ea videlicet implendo. Nam legi in vitalis patris. Qui
dam sancti patres quodā tpe erant p̄gregati. et de vlti
mis generatōibz p̄dixerunt. Inter quos vnus p̄ci
pius noīe Anris dicit. Nos adhuc p̄cepta dei im
pleamus. Audientes hoc alij interrogauerūt eū dicen
tes. Quid facient qui post nos venturi sunt: at ille r̄
dens ait. Media sorte complebūt p̄cepta. et eternū req̄
rent deū. Dixerūt patres. Post hos qui veniūt quid fa
cturi sunt. Respondens dicit. Homines generatōis
illius mādatorz dei opera nō habebunt et p̄cepta dei
obliuiscēt. Reabundabit iniquitas: et refrigescet chari
tas multoz. venit autē sup̄ eos magna tentatio. Et qui
inuenti fuerint in illa tentatione. p̄bati: et nobis patri
busq̄ nostris meliores existent et feliciores atq̄ probabi
liores

De eadem feria quarta. Sermo.

Accesserunt ad Hierusalem
scribe et pha. di. Magister: volum⁹ a te signū
videre. Mat. xij. Mar. iij. et Luc. vij. Arest.
In li. aialū dicit. Sūt qdā leones siluestres q̄ habēt ma
gnitudinē tauri. et hi sunt illius nature cū vidēt q̄ de
manu venatoris vel canū suoz euadere non p̄ūt. p̄ci
unt ex se sterens p̄ quatuor passus. dūq̄ canes sterens
odorant circa odorē obtinent: sicq̄ fugiunt et ab eis elō
gant. Moraliter p̄ venatorem intellige demonem: q̄ si
cut venatores in siluis circūeunt ad capiendū feras. sic
dyabolus in silua huius mūdi circūit querēs quē deu
rer. sicut p̄t. iij. q. j. c. nulli dubiū vbi dicit. Dyabol⁹ nō
cessat circūire querens quē deuoret: et querere quos ex
fidelibz p̄dat: et maxime illos quos ardentiores in serui
tio dei saluatoris eiusq̄ familiares inuenerit. Sed p̄ ca
nes intelligunt adulatores. Sicut. n. canes aliq̄ hoi in
principio quasi applaudāt: s̄ postea mordent. Sic etiā
adulatores primo applaudāt verbis blandis. q̄ tales:
vt dicit Egidius roma. in de regi. p̄nci. oia dicta vel fa
cta referūt ad placentiā auditoz et ad laudem ipsoz sed
tamen in hoc p̄tendūt malū: iuxta illud Prouerb. xxx.
Qui blandis fictisq̄ sermonibz loq̄r r̄bete expandit. p̄
ximo suo. Sed p̄ leones intelligunt hoies. q̄ sic leones
sunt mundi et mites si sunt castrati: sic et debēt hoies eē
mundi et mites: q̄ beati mites qm̄ ipsoz est regnū celo
rū. Mat. v. et possidebūt terrā. Et iterū. Beati mun
do corde. q̄ ipi deū videbūt. Isti igit ad instar leonū sil
uestriū si volūt effugere venatores demones et aduato
res eius canes: debēt p̄icere ex se sterens gloriē laudis
De qua dī. j. Mach. ij. A gloria viri peccatoris ne timu
eris: q̄ gloria eius sterens et vermis est. et hanc qdē de
bent a se. p̄icere p̄ quatuor passus: vt docet Ansel. li. filii.
ij. c. xij. Primus est q̄ habita dimittāt. Scōs q̄ habita
nō querāt. Tercius q̄ ablata restituāt. Quart⁹ q̄ corde
tenent. Sic fecit xps qm̄ scribe et pharisei eum aduato
rie m̄grm vocauerūt. et ad gloriā laudis incitare volue
rūt eūz dixerūt. Maḡ volumus a te signū videre. Ecce

adulatio q̄ magistrum eum vocauerūt. eius tñ disci
puli esse renūit. sed christū capere nō poterāt. q̄ gloriā
respuit cum signū corā eis facere noluit. sed dixit. Bene
ratio mala et adultera signū querit. et signū nō dabitur
ei et. In quibus verbis sancti enāgelij luminatim tra
genera hoim reprobēdit. s. Curiosos inq̄sitores. ibi. ma
gister volumus. Duros peccatores. ibi. Viri niniuite.
Insanos recidiuatores. ibi. Lū immūdus spūs. De p̄
mo est sciendū. Curiositas est multiplex. Prima est i sci
entis inq̄rendis. cū. n. aliq̄ nimis curiosi ocus mūda
nas simul et diuinas scias scire volunt in errore nōnun
q̄ cadunt. Similitudinē habes in calice quā ponit An
selm⁹ libro. iij. c. ij. dicens. Calix q̄ lucipeta est lumē cā
dele libenter videt. s̄ dū in lumine nimis irrūit seipam
comburit. Similiter q̄ diligit lumen diuine et huma
ne scientie interdū nimis curiose vel p̄sumptuose p̄scu
tando ipsum quasi in lumine impingunt alicui⁹ errorē
elationē intra se et quasi seipos occidūt. Et hoc patz p̄
mo de Eua. que sic curiose bonū et malum scire cupiuit.
et quasi deus fieri voluit cū dixit serpens. Eritis q̄li di
scientes bonū et malū. Gen. iij. Ideo seipam combussit
et in mortem corruit. Secūdo patet de quodā pho de q̄
refert Valerius in poliarate. Cum quidā princeps ro
manus ciuitatem syracusanam obsedisset. fuit ibi qdāz
phs Alchimides noīe. quē cū princeps cognouisset. p̄
hibuit q̄ nemo ipm occidere deberet. Sū igit ciuitatez
intrassent p̄dictū phm: ex quo erat mathematicus: figu
ras in terra ex sua curiosa scia facere inuenerunt. Quod
cū vidisset princeps suauit ei vt figuras dimitteret. Ait
phs. Dimitte me figuras facere. q. d. Tēta tu facta tua
Et voluit in inquirendis scientijs esse curiosus. licz vi
deret sup̄ se vibratum gladiū. Cū igit nollet desistere: p̄
ceps ipm gladio interemit. Iō dicit Greg. nazan. Scie
desideriū et inquisitio questionū nisi timor dei p̄cesserit
effrenatos aīos efficit p̄cipites. De hoc dicit Salomon
Eccl. j. Proposui in aīo meo querere et inuestigare sapi
enter de omnibz que sunt sub sole. hanc occupationem
pessimam dedit deus filiis hominū vt occupent in ea.
vbi dicit glo. Studiū curiosoz pōt dici occupatio ma
la peior pessima. Mala. p̄pter afflictionem taz corpis q̄
aīe q̄ ibi est. et p̄cipue est ista afflictio vbi p̄ua vel nulla
vtilitas. ideo dicit Seneca. Quid te torques in illa qō
ne quā subtile est p̄terisse q̄ soluere. Est autē peior. p̄pter
p̄tempores sapie et fastidiosos auditores. Quid enī p̄
dest curiose scias inquirere cū pauci vel quasi nulli di
gnent eam audire. q̄ dicit Prouer. j. Sapientiā atq̄ sci
entiā stulti despiciūt. et dicit glo. Ideo sapia a stultis de
spiciat q̄ ab eis nō cognoscit: sicut aurū et argentū a bu
tis cōculcat: q̄ ab eis nō cognoscit. Secūdo curiosi
tas est in nouitatibz inueniendis sicut faciūt aliq̄ in no
uis vestibz. aliq̄ in gestibz vel verbis. De curiositate
vestiū et verboz dicit Hiero. ad nepotianum in eplā.
Curiositas maxime vitāda est clericis in vestibz p̄cipue
et in verbis. De curiositate gestuū dicit Basilus in re
gula. Displiceat igit viri⁹ sanctis curiositas in gestu mol
licies in vestitu. adulatio in affatu. Quare autē hec curi
ositas nouitatiz rep̄bendit cā est. q̄ est instrū dyaboli
ad aīas occidendū. sicut dicit Ansel. li. v. c. xxiiij. et de
clarat sic. Sunt enī curiosi hoies siles cernis siluestribz
de quibz dicit Pli. in spe. na. q̄ tante sunt simplicitatis
vt omnē murent et stupeant nouitatē. vñ vrsō et bubu
lo ad eos accedente ita in eū respiciūt vt hoīem prius se
iuxta se venientē et sagittis eos impetentem nō aduer
tunt. Ita curiosi homines mentes circa quaslibet noui
tates inutiles occupant vt iaculis dyaboli feriant et ne
cent. sicut testat Varro in sententijs li. j. Hoc mō iam
increuit in hoc mūdo vt curiosa vanitas hominū sub
uersio grandis atq̄ p̄ditio sit eoz. Ideo dicit apls p̄ma
ad Thimo. vj. Denita. p̄phanas vocū nouitates. Ter
cia curiositas est in astris inspiciendis. Sunt enī nou